

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 21.

Politica Mortuorum Colloquia.

Elysium-Meum, Die Martis, 3. Apr. 1810. (Neov. 16. Mar. 1810.)

Et vera incessu patuit Dea,
Virgil.

Colloquentes Umbrae:

Minister Kaunitz. — Pitt.

Pitt. Videor mihi videre eximiam umbram Principis Kaunitz.

Kaunitz. Et ego Anglicanum Ministram Vilhelmum Pitt coram videre puto — erravi ne?

Pitt. Princeps! Celsissima tua Dominatio genti meae nequaquam favit.

Kaun. Non diffiteor, at multae rationae status me ad id permovere. —

Pitt. Omnia revolutione mutata sunt. —

Kaun. Non est disquirendi animus, qui ignes subjecerit — hoc quidem Dominatio tua melius me sciet. Placeat saltem cordi admovere manum, & mox reperiet quid egerit. —

Pitt. Equidem ignem, qui in America adversus nos excitatus erat, solum in Galliam transtuli.

Kaum. At is in Gallia non eo cum successu, quo in America pro suo auctore arsit. — Dominatio Continentem non bene novit — prout plurimi Anglicani Ministri non noscunt, noveruatque. Angliæ multum in fortunæ Continentis culpæ dari potest.

Pitt. Ut hoc?

Kaum. Quod continuo mercatorum emolumentum quærat suum — eique fidissimos amicos, sanctissima promissa, cunctasque politicas rationes immolet. D. T. nonne fuit quæ primam revolutionem in Brabantia, et non cum suis eorum Foederatis excitavit, saltem manifeste adjuvit? ex novissimo tempore quanta Continens Dominationi objicere potest? —

Pitt. Continens? hoc quidem singulare.

Kaum. Nolo isthis facta in medium adducere, quæ ex tempore obsidionis Dunquercæ usque novissima tempora adversus te testimonium præbent — aliquot solum facta adferam, quæ contra te loquantur.

Pitt. Hæc quidem audiendi Princeps! curiosus sum.

Kaum. Dicitis, obsecro, Domine Minister! an non ante prælium ad Marengo Generalis Anglicanus Abercrombie cum 19—20,000 copiarum in Insula Minorea fuerat? nonne pollicebare has copias Gen. Duci Melas in subsidium mittendas, ut primum portum aliquem in mari mediterraneo, in quem adpellere possit, occupaturus esset? —

Pitt. Hoc ita fuisse ultro fateor. —

Kaun. An non Melasius in Riviera portum Savona præstantissimum illius oræ armis occuparat? quis autem venit, quis potius fidem non servavit? an copiæ vestræ Minorcam non tenebant?

Pitt. Eorum promisso jam facto, Lord Dundas in arcano Conclavi votis prævaluit, ille has copias abscedere vetuit, at occupandæ Aegypto servandas censuit.

Kaun. Aegyptus in Italia opportunius occupari potuisset — erat postea adhuc tempus — Aegyptus non fuisset subducta vobis. Sed alium casum: In bello Russo Borussia contra Galliam! — quam ob causam copias nullas Dominatio tua Dantisoum, aut ad oras Maris Balthici foederatis suis in subsidium expeditiv?

Equidem ignoro, an D. V. eas se submituram promiserit, at certe obligatio sua erat, cum foederatis cooperandi, quid vero egit? Copias ad flumen de la Platta expedit ad Buenos Ayres Hispanis eripiendum, clades secuta est; expeditio non successit, & foederatis eo, quod promisistis, parandum fuit; quod copias procurando fueritis demonstrat expeditio subsequens Hafnensis, qua cum numerosis copiis Classem Danicam apprehendistis. —

Pitt. Equidem Minister eorum non eram; verum Continuator Systematis consideram: que meorum D. Canaing — id ipsum ego acturus eram.

Kaun. Cedo tertium Casum multo memorabiliorem, qui adversus Dom. Tuam probat: quique tam a Gallis, quam ab oppositionali factione carpebatur; in novissimo bello Galliam inter & Anstriam agendi ratio Angliæ nimis quam incidit in oculos; una Classium amplissimarum quas ulle unquam tempore M. Britannia expeditaverat, instructa est. Constat ea 36,000 viris — qui vis existimavit eam in boreali Germania ad pulsuram & ejates motus adjuturam. Parturiebant montes — & quid prodixit? hæc diversio eum motibus qui eorum eum 100,000 intendebantur concordabat, pœuom intra tempus ad 100,000 intendi potuisset, Austriacæ copię in Bohemia adversus Saxoniam eas expectare videbantur, quis eventus ex averso exercituum sperabatur? — et vero Anglicanus Minister moderabatur has vires non contra Germaniam borealem, sed adversus Scaldim ad Gallicas in ea naves adprehendas aut destruendas — plus ejus interfuere Gallicæ naves quam Successus foederatorum secundus, & tamen continuo jactabat: Angliæ Continentem cordi curæque esse! — quid vero consequabatur? — Naves Gallicanas nec adprehendit nec destruxit, Anglicanæ Copię ad Insulam Valchriam se restringere debuerunt, & dein eum ignominia prout ad Bonos Ajres decedere, eum jactura, quæ in ratione expensarum expeditionis hujus enormis est. — Præterea Gallicanæ copię & oræ defensores undique opem allaturæ advolarunt,

quod Consecrarium fuit? Galliam exercitum novum accepisse, qui nunquam extitisset, si Anglia territorio Gallicano non incommodasset, & alibi opportunius operata fuisset,

Pitt. Quid ad hæc respondeam? calleo & nimis probe calleo — at Nelson non vixit amplius, & ex tempore ejus mortis nulla maritima expeditio successit amplius. —

Kaunitz. Sine, Illustris Minister! ut mentem meam candide tibi aperiam. Credo & animo persuasus sum: rationem sævam Angliæ eo tendere: ut Continentem perpetuis bellis pervertat, cum destruat & penitus in præceps agat — ne ulla industria ulla solertia ullum utile & bonum institutum, ullæ Fabricæ & Manufacturæ efflorescere possint. — Anglia hæc ratione Continentem a sua industria independentem reddere cupit, Commercium sola & cum exclusione aliorum gerere, quasvis orbis partes vestibus providere, suis mercibus instruere, atque tributo adficere — hoc consilium eximie Pitti! facile iliucet, at at in irritum vertetur — venit, venit inquam tempus, quo omnes Status id perspicunt.

Pitt. Calleo Princeps Celsissime! hostilia tua adversus Angliam consilia Conjugio Principis Ludovicæ resuscitanda esse. — Quatuor bella Austria gessit, cum ab his recederet, nova amplexura. Jam a te initæ rationes denno postliminio revertuntur; argumeatem cuivis meditantis: quam providus, quam sapiens, quam excellens Kaunitzius fuerit. — Equidem si veritatem dicere lubet,

ultra largiri debeo, Austriam ut politiciis omnibus notum, cum foedere Anglico quovis tempore infelicem fuisse, ea Hispaniæ, ea Italiæ, Silesiæ aliarumque ditionum cum eo per id jacturam tulit — hæc animadversiones ex Historia elucet. Dominatio tua suo Systemate quod denuo reviviscit, aliis & ulterioribus sinistris eventibus prævenit. — Novissima vox mea in vita superiore erat morientis gemitus: „O Cara patria!”

Kaun. Noli animo moestas esse in Elysii requie Care Pitt! veni, sis, Conventum Mani-um proximum ærummas exhilaraturi adeamus — publicas paginas percurramus — (ambo secuat & hæc nova legunt seqv. argumenti:

Parisiis die 11. Mart. Adparatus solennium nuptialium ratione magnificentissima continuantur — quævis Cæsarea theatra mandatum acceperunt, continuis Martio, Aprili & Majo mensibus dramata splendissima edendi.

Heri D. Collin ex succo uvarem præparavit gelatinam, eamque sub Majestati porrexit, eratque adeo boni saporis ac si ex optimo Sacharo confecta fuisset.

Ex Decreto Cæsareo de 3. h. edito in argumento Majoratum hæc subjicimus: Sedes Majoratus erigatur in ædibus, quibus Majoratus alligatus est, & quæ partem ejus constituent. Valorem reddituum Majoratus ad minimum 2 annorum habeant. — Principes de sanguine ædibus Parisina in urbe inscribere possunt: *Aedes Ducis* — domus habitacionum Comitum Baronumque possunt Parisiis.

aut in provinciæ, aut Districtus metropoli
sitæ esse, & inscriptionem præferre — —
Aides Baronis. — — In urbe Parisiis autem
locum habere nequit, nisi reditus Majoratus
ad 100 mille Francos exurgant, & vigore spe-
cialis approbationis (auctorisationis) soli du-
ces Insignia sua frontædium suarum aut ha-
bitationis domus affigere possunt &c. Duces
Comites Barones, Equites &c. qui dotationes
in exteris oris adepti sunt, prædia quocuius
vendenda habent, minimum dimidiam par-
tem intra 20, alteram intra seqv. 20 annos &c.

Diesda 4. Martii. Heri D. Comes Shee,
Senator isthinc discessit, Parisios ad stationem
suam concessurus. D. Lezay Marnesia
novus Præfectus noster maxima hic cum ala-
critate negotia gerit.

Fertur Serenissimam Archi Ducem Ma-
riam Ludovicam die 16. Braunaviam & 21
Argenturatum adpulsuram.

Nuper isthinc discedens M. Ducalis Ba-
densis pedestris Cohors die 28. h. m. optimo
in statu Lunevillam adventit, & 2. inter in
Hispaniam prosequabatur — die 19 Aureli-
am adpulsura & 21 Ligerim trajectura —
Plures Copiarum ductus Saxoniorum foederatosum
Principum nominatim Vimariensis
& Gothani Anhaltinæ Reuss, & Schwarzbur-
gicæ Domus, quæ ad Moguntiam Rhenum
trajecere, jam iter nunc in læva ora fluvii
prosequuntur, versus Besancon &c. destinan-
tur ex augendæ Cohorti foederatarum Rhe-
nanarum Copiarum, quæ post brevem moram

Bessancon excessit, & Burdigalam profecta, inde iter in Hispaniam per Bajonnam prosecutura.

Petropoli 21. Febr. Gen. Major Comes *Straganow* Buharesto isthuc advenit. Ab hoc tempore ex exercitu Moldavico nulla nuncia ulteriora emanarunt. Gen. Dux *Peditatus Kutusow* ad eum profecturus fertur.

Holmia die 27. Febr. Coronæ princeps *Præses* legionis prætoris denominatus est. Cum Ducali dignitate gauderet Rex, multis annis huic legioni cum imperio præfuit — hoc primum ducis bellici munus, quod Coronæ princeps de terrestri militia adeptus est — paulo ante M. Admiralis creatus est. —

Ab Imperii Statibus novus ordo libertatem preli concernens prodiit, & preli restrictio de integro abrogata. Consecrarium politicæ hujus ordinationis est: quod binas *Ephemérides*, diarium litteraturæ & theatri, atque joculares quotidie vulgandas pagellas *Polyphemi* nomine insignitas habeamus.

Varsovia 26. Febr. Novissimæ hujus pagine texunt proclamationem Principis *Dominae Isabellæ Cratoriska* natæ *Comitis Fleming*: Præsidis ditionis Commissionisque educationis sexus foeminei in Ducatu *Varsov.* ad parentes, nominatim matres in argumento educationis suarum filiarum. — Eodem die memorata Princeps hujusmodi educationis Instituta & puellares Scholas lustrandas suscepit. —

Bessanon excessit, & Burdigalam profecta, inde iter in Hispaniam per Bajonnam prosecutura.

Petropoli 21. Febr. Gen. Major Comes *Straganow* Bucharesto isthuc advenit. Ab hoc tempore ex exercitu Moldavico nulla nuncia ulteriora emanarunt. Gen. Dux Peditatus Kutusow ad eum profecturus fertur.

Holmia die 27. Febr. Coronæ princeps Præses legionis prætorisæ denominatus est. Cum Ducali dignitate gauderet Rex, multis annis huic legioni cum imperio præfuit — hoc primum ducis bellici munus, quod Coronæ princeps de terrestri militia adeptus est — paulo ante M. Admiralis creatus est. —

Ab Imperii Statibus novus ordo libertatem preli concernens prodiit, & preli restrictio de integro abrogata. Consecrarium politicæ hujus ordinationis est: quod binas *Ephemérides*, diarium litteraturæ & theatri, atque joculares quotidie vulgandas pagellas *Polyphemi* nomine insignitas habeamus.

Varsovia 26. Febr. Novissimæ hujus paginæ texunt proclamationem Principis Domine *Isabellæ Cratoriska* natæ Comitissæ Fleming: Præsidis ditionis Commissionisque educationis sexus foeminei in Ducatu Varsov. ad parentes, nominatim matres in argumento educationis suarum filiarum. — Eodem die memorata Princeps hujus educationis Instituta & puellares Scholas lustrandas suscepit. —